



59

Aestiuum tempus quod corpori meo ualde contrarium est. lo-
 quime de expositione euuangelii. longamora interueni-
 ente prohibuit; Sed non quia lingua tacuit. ar dere-
 caritas cessauit; hoc si enim dico, quod apud se unusquisque
 uirum recognoscat. plerumque caritas quibusdam occupationi-
 bus prepedita; & integra flagrat in corde. & tamen non mon-
 stratur in opere; Quasi sol cum nube tegitur non uidetur in
 terra. & non ardet in celo; Sic sic est occupata caritas solis.
 & inuis uisui ardens exurit. & foris flammis operis non os-
 tendit; Sed qui nunc ad loquendum tempus redit. urbane
 studia accendunt. ut mirantur amplius loqui libeat. quanto
 hoc urbane mentes desiderabilius expectant; Audis per inlezione
 euuangelii fratres. quia peccatores & publicani accesserunt ad
 redemptionem uirum. & non solum ad conloquendum. sed & iam
 ad conuersendum recepserunt; Quod uidentes pharisaei. dedig-
 nati sunt; ex qua recolligitur. quia uera iustitia compassionem
 habet. falsa iustitia dedignationem; quamuis & iusti soleant
 recte peccatoribus indignari; Sed aliud est quod agitur typo sup-
 biae. Aliud quod zelo discipline; Dedignatur si enim.
 Sed non dedignantur; desperant / Sed non desperantes; persecu-
 tionem commouent. Sed amantur; Quia & si foris increpa-
 tiones per disciplinam exaggerant. Inuis tamen dulcedinem
 per caritatem seruant; Proponunt sibi in animo ipsos plerum-
 que quos corrigunt. meliores esse existimant eos quoque quos iu-
 dicant. quod uel delicti agentur & per disciplinam subditos. & per
 humilitatem custodiunt semet ipsos; Contra huius quidem
 falsa iustitia superbiae solent. ceteros quosque dispiciunt.
 nulla infirmantibus misericordia condescendunt; & quos se
 peccatores esse non credunt. eo deterius peccatores fiunt;